[illegible]piscere Nolite sperare [illegible]
et rapinas nolite concupi[illegible]
ae si affluant nolite cor app[illegible]
Semel locutus est deus duo [illegible]
quia potestas dei est et tibi do[illegible]
misericordia : quia tu reddes un[illegible]
[illegible] iuxta opera sua · ps david
Deus deus meus : ad te de lu[illegible]
vigilo Sitivit in te anima
mea : quam multipliciter tibi
[illegible] mea In terra deserta et in[illegible]
[illegible] aquosa sic in sancto apparui
[illegible] : ut viderem virtutem tuam
gloriam tuam Quoniam melior
misericordia tua super vitas : la[illegible]
mea laudabunt te Sic benedi[illegible]
[illegible] in vita mea : et in nomine [illegible]
[illegible] manus meas Sicut a[illegible]
[illegible] et pinguedine repleatur an[illegible]
[illegible] : et labiis exultationis lau[illegible]
[illegible] os meum Si memor fui [illegible]
[illegible] stratum meum in matutinis
[illegible] in te : quia fuisti adiu[illegible]
meus Et in velamento ala[illegible]

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski
BUWr

132,5(4947)

II/132

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

AUGUSTI GYMNASII GORLICENSIS PALÆSTRA ORATORIO-POETICO-SCENICA,

h. e.

EXERCITIA ORATORIA, POETICA, SCENICA,

publicè,
aut in Perorantium Cathedra, aut in
Theatro Scenico,
A
Florentissima Juventute Scholastica
Gymnasii Gorlicensis,
intra
Doctrinæ instauratæ ac publicatæ
DECENNIUM ULTIMUM,
AUDITORIBUS ac SPECTATORibus
ERUDITIS,
PRÆSTITE
M. CHRISTIANO FUNCCIO,
RECTORE GORLIC.
pleraq; ἀπὸ τοῦ στόματος, h. e. è prompta
memoria, exhibita.

TOMUS IV.

BIBLIOTHECA MILICHIANA GORLICENSIS
BIBL. UNIV. WRATISL.

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Q. D. B. V.

ENCOMIASTICA
de
MILITIA COE-
LESTI
ORATIO,
ad
illud Luc. II. comm. 13.
Ecce erat multitudo militiae cae-
lestis cum Angelo:
publice
Ao CIↃ IↃC LXXXVI.
ult. Januarii,
habita.

Militiamsi hodierna militia, Commilitones Politissimi Suavissimique etiamsi,
unquam, hodierna militia potius sit malitia: dum
Nulla fides pietasque Viris, qui castra sequuntur:
Jam dudum Latinorum Patrum propè ultimus dixit, secularis hujus non
tam militia, sed malitiae fructus?) laudem tr. quam illa ipsa omni pro-
meruit aevo, hodieque promeret, et imposterum promeritura est. Ecce n. res
omnino honesta est militia: militia res est utilis: res est necessaria militia.
Militiam rem honestam cur non dicerem? Habet, habet n. illa ipsa vel
ipsum DEUM Autorem. Vocat se DEUS non tantum passim Sacro in Codice
Dominum Zebaoth, h.e. exercituum; sed et artem bellandi populo suo Israeli-
tico, belli regulas huic dedit, certosque limites posuit, intra quos bellaturus se con-
tineret. Habet et militia sui studiosissimos non paucos sanctos veteris foe-
deris viros: In Patriarchis cumprimis Abrahamum, in Ducibus cumprimis
Josuam, in Judicibus cumprimis Gedeonem, in Regibus Davidem cumprimis habet.
Quid? Nonne, postquam primus factus esset bellator Nimrodus, fortis ille co-
ram Domino venator, militabat ipse Pater credentium Abrahamus? Nonne
militabat, ob insignem Prophetiam Hierophantes dictus Moyses? Nonne mi-
litabat magnus ille bellator Domini Josua? Nonne Gedeon, miraculo
divino ad bella Domini excitatus, militabat? Nonne David militabat
vir ipse juxta cor Domini? Militarunt, inquam, hi omnes, aliique S. Viri
quàm plurimi, suasu approbatuque, imò jussu optimi maximi DEI inducti.
Nec et antiquius juxta hoc ullum apud celebriores gentes exercitium
unquam fuisse quàm militare, è Justino, fidelissimo Trogi Pompeji
Epitomatore, luculentissimè patet. Etenim ut ille Imperiorum, ita et

bellorum originem ab ovo, quod dicitur, repetit, primosq; bellatores, qui
ſibi in gente ſua immortalem peperere, commemorat. Militiam porro
cur utilem non dicerem? Habet n. militia quàm plurima etiam commo[da]
q[uae] vitæ humanæ affert. Na[m] militia dulciſſimam defendit patri[am]
ta vindicat militia: provincias acquirit militia: opes parit militia
tates et honores confert militia. Mitto: fons quod omnis nobilit[atis]
ſit militia. Notum quippe tritum proverbium ac monitum e[st] Pol[o-]
num: Vera Nobilitas vel ab Arte, vel â Marte venit: Aut Arte
Marte nonnemo [ſus]cipit, parare memento nobilitatem. Cur deniq; m[ilitiam]
am rem neceſſariam haud dicerem? Sunt me-Christe imbelles ho[stium]
ſuorum præda, ſi ſint absq; militia. Militaribus v. armis retinetur tra[nquilli-]
tas, paratur ſecuritas. Hic ſiquidem ſcopus militiæ omnis e[st] ac fi[nis]
ut tuta ſint ara: ut tuti ſunt foci. Non, non poteſt et ipſa Religi[o]
militia defendi: id quod vel unô Evangelicæ Religionis, ſuperiori ſecul[o]
renda, exemplô è Sleidano, liquidò aere liquidius, patet. Atq; tanta
hâc dignitate, tantâ utilitate, tantâ neceſſitate commoti non pau[ci]
cùm vetuſtiores, tùm recentiores Scriptores ſecularem extulerunt m[ili-]
tiam, ipſi quidem, qualis fuerit veterum in caſtris diſciplina
do, luculenter laborioſeq; expedientes. Nomina celebriorum Scripto[rum]
Thomas Demſterg in Paralipom. ad L. 10. Antiquit. Rom. Roſini ordin[e]
commemorat. Maximè a. heic nominandus præ cæteris e[st] Claud. Salm[aſius]
Lig. famoſiorumq; conſummatiſſima doctrina Criticus. Is ſanè in Princi[pis]
Auroniensis gratiam locupletiſſimum de Militiâ Romanâ Commentariu[m]
[con]ſcipsit, ibidem id ipſe demonſtrans, quod nemo hucusq; rectè intelle[xit]
ſimulq; et rationem ac modum caſtra metandi, inſtructam aciem quale
di, qualem quidem Romani habebant, pandens. Quod ſi ergò militia ſecul[aris]
tantam meretur laudem: quantum, vos obſecro Commilitones, laudis mil[itia]
cœleſtis, q[uae] facta cum Angelis in Evangelicâ de Nativit. CHRISTI pa[gi-]
nâ fertur, merebitur? Tantum profectò laudis hæc meretur, quantum [dig-]
nitate ſuâ ſeculari [præ]ſtat militia. Etenim, quum cœleſtis militia lau[dan-]
tium ac canentium fuerit Angelorum, terreſtris v. ac ſecularis non niſi ho-
minum apertò Marte bellantium, ſanguinemq; humanum fundentium
ſit, longè omninò [præ]ſtantior hæc e[st], indeq; et commendanda ipſa hæc ma[gis,]
quò plus gloriæ et ratione Ducis, et ratione ipſius militis, et ratione q[uo-]
que hoſtis habet. Summa proin iſthac cœleſtis militiæ [præ]ſtantiâ commotus [ego]
equidem Natalitiô hoc tempore, tempore hoc maxime militari, q[uo]
ubiq; Claſſicum canitur, miles undiq; conſcribitur, miles et ipſe edu[citur]
ac reducitur, Perorantium cathedram conſcendi. Ut aliquâ nos. [...]
ſcena, quod dicitur, inſerviam, vel ſacro huic tempori potius facia[m]
militiam cœleſtem Vobis, Sympolæſtitæ, de meliori commendaturus ad [...]

Dum v. eandem militiam vobis nunc Ducis, qui parvulꝫ in cunis puer est,
ratione; nunc ratione Militis, qui Angelorum è coelis è turma; nunc et
ratione hostis, qui tenebrarum cum socijs suis Princeps è, optimè commendo,
elingvis mihi animisq; h. e. compressâ voce, favebitis, balbutiem meam
in hoc primo conamine pro aequanimitate vestrâ sublevaturi, sicq; et haesita-
turo aut hallucinatꝫ fuero, id utrumq; mihi condonaturi. Hostis n. quid
agio valeat: Qui, NUNQUAM BENE, NUNQUAM MALE.

Enim verò multis paradoxum videri posset, si in antecessum dicerem, validis-
simis militum copiis, exercitatis militiae Centurionibꝫ Infantem ducem praefici,
contra potentissimos exercitus ac infestissimos hostes puerum in cunis vagien-
tem produci in arenam, hujꝫq; unꝫ elingvis Imperatoris auspiciis milites
quam maximè animari, hostes conturbari, deq; iis felicissimè triumfari.
Hoc, hoc, inquam, non paucis peregrinum, imò paradoxum videretur; nisi
Brabantorum Annales, Hispanicoq; historiae exitum comprobassent. Dudum np.
comprobavit exitum Europi apud Justinum Historia. Regis n. hujꝫ adhuc pupilli
infantiam, quam Illyrii contemnentes bello Macedonas aggrederentur, hi
praelio pulsi, Rege suo in cunis prolato, et pone aciem posito, acriꝫ repetebant
certamen, magnâq; caede tandem Illyrios fundebant, Regem Macedonibꝫ,
non virtutem priori bello defuisse, ipsi suis hostibꝫ ostendentes. Tuos heic
manes, Godofrede Tertie, Dux Brabantiae, qui orientis vitae annum nondum
egressꝫ, in primâ eras infantiâ, compello: ut de felici pugnâ, tuis initâ auspiciis,
infantur. Etenim, quum Lovanenses, quorum res tùm potissimùm agebatur, Te
adhuc infantem ante omnia ut novum Principem in paternô soliô locassent,
et fidem Tibi popularium astrinxisset, illicò ad bellum se hi accingebant, in
propinquo castra metabatur, hostisq; et ipsi, qui, per feciales de agnoscendo Prin-
cipe monitꝫ, ferociter reclamabat, in proximè sequentem diem intrepidi pugnam
denunciabant: pugnae hujꝫ quis dux, quis moderator erat constitutꝫ? Nonne
infans? At quomodo in acie stabas, qui in cunis adhuc jacebas? Aut
quomodo militem hortari poteras: q nec dum fari didiceras? Elingvis profectò
longè quidem efficaciꝫ militem hortabaris, quàm Oratorum eloquentissimꝫ.
Tu namq; Infans in cunis argenteis allatꝫ, et ad salicem suspensꝫ, conspectu tuo
animos subditorum ita inflammabas, ut ultrò in hostes irent. Magna hinc pugna,
magna caedes dabatur, proq; omnibꝫ ducibꝫ unꝫ dux infans erat. Quumq; cer-
tantium animi caderent, vagitꝫ tuꝫ hos erigebat; quum non pauci fugere mè-
ditarent, tuꝫ aspectus coërcebat fugam: quum hostes nimis invalescerent, tua
exhortatio reprimebat. Deniq; qui pro Te Infante pugnabant, vi vincebant, ex
hostibꝫ plerosq; Duces omnes capiebant, aut caedebant, ac reliqua vulgi caede
sic purpurabant fluvium Zennam; ut totꝫ eô die flueret cruentꝫ. Quare si
imbellis, si inermis pulli praesentia tantos militibꝫ suis animos addidit,
quid non à Duce nostrô inermi, ac imbelli, q etiam in cunis non modò serpen-
tes elidere, sed et ferocissimos infernum elidere, militibꝫ robur et virtꝫ addere,

ac glorioſiſſimam deniq; victoriam contra Tenebrarum Principem, (quod nullus
mortalium poteſt) impertiri valet, ſubſidii ſperandum? Tantum, tantum nobis
ſubſidii à tantô duce, inermi tn. et elingui puero, ſperandum: ut majus à nullo
talium expectari queat. Vagitu, inquit Tertullianus, ad arma convocat
ſignum belli non tuba, ſed crepitaculo dat: nec ex equo vel de muro, ſed de
tricis ſuæ collo hoſtem deſignat, in cunis vincit. Atq; tanti hujus Ducis
quum primum omnium ſuam militia coeleſtis mereatur laudem, laudes
ejuſdem dignis ſuſcipiam modis. Ubi autem incipiam? ubi deſinam? Tot n.
ta laudis in primô hôc membro occurrent: quot Thebarum olim portæ nume-
rabantur. In genere quid conferat, quid valeat, quanti momenti et emolu-
Dux ſit exercitus graviſſimorum Autorum teſtimoniis dudum ē compertum.
tius, curtiſſimus Alexandrinæ hiſtoriæ Scriptor, Militarem ſine duce turbam
corpus ſine Spiritu h.e. ſine animâ, ſine vitâ affirmat. Congruit illud apud
tarchum Demadis: qui defunctô Alexandrô M. Exercitum Macedonum
excæcato comparabat. Nec Taciti, haut tacendi Hiſtoriæ Romanæ Scriptoris
ctum ſilentii conopæo involvendum. Plus in duce, ait ille, repones, quàm
toto exercitu. Etenim milites, utut copiâ ſint frequentes, robore ſint firmi,
lacertis ſint validi, animis ſint concitati, mole tn. ſuâ ſi perito deſtituan-
tur duce, ruunt. Et ut remiges ſine gubernatore parùm proficiunt in
ſuo, ita milites abſq; Imperatore parùm, imò vel planè nihil, valere;
ſuum potius abripi exitium, certiſſimum ē. Ne dicam: extra omnem
tionis aleam illorum perniciem ēē poſitam. Ea propter floridè, nec minus
ſolidè Florus, florentiſſimus Rerum Romanarum Panegyriſta potius quàm
enarrator, pronunciavit: tanti ēē exercitum, quanti Imperatorem.
ab unius igitur ducis robore, prudentiâ, ſolertiâ, velut à capite omnium
militum ſalus, incolumitas, fortuna, victoria jure meritiſſimo pendere videtur.
Sed quem in ipſo Orationis curſu oggannientem aut oblatrantem
dio? Sic n. nonnemo ex me ſciſcitatum haut dubitat: quæ fortitudo, quæ pruden-
in duce puero, quæ nobis ſpes victoriæ, quæ fiducia in Infantulo, in cunis
poſito ēē poteſt? Nonne væ tibi terra, cujus Rex puer ē, Eccleſiaſtes
exclamat? Væ copiis, væ exercitui, exclamat alius quiſpiam: cujus Dux
ē, cujus Imperator infans ē, qui inermis concurrit; cui ſagum ſunt
culi; cui baltheus ſunt faſciæ; cui tympana ſunt gemitus; cui tuba ē
cui clamor ſunt lacrymæ; cui tela ſunt ſuſpiria: cui campus Martius
ſtabulum: cui currus falcatus ē præſepe: cui ſatrapæ ſunt bos et aſinus: cui
ſtare et pugnare ē in cunis jacere: cui deniq; triumfare ē ſanguinem
re! Quid regeram ego? Ego, Auditores, veſtram obteſtor fidem: ut quis
Puer ſit, attendatis. Verè quidem Parvulus ē, inermis ē, elinguis ē, edentulus
ē: ubera ſugit: manus colligatæ ſunt faſciis, pedes conſtricti, inq; cunis ipſe
Nihilo-tamen-minus in ipſis ſuis cunis mirabilis ē ipſe, conſiliarius
ē, DEUS fortis ē, Heros ē, Æternitatis Pater ē, Princeps Pacis ē.
audite? Audite priſci fœderis Evangeliſtam: Puer, inquit ille: natus ē nobis,
lius datus ē nobis, et vocabitur ipſe mirabilis, conſiliarius, fortis, heros, æternitatis
Pater, Princeps Pacis; ut dominatio ejus ſit maxima et pacis nullus finis.

atq, latet omninò sub fasciolis ac linteolis, veluti sub tentorio suo,
DEUS exercituum: jacet sub illis teneris ac infantilibg membris armata potestas:
quin imò omnipotens DEUS in cunis reconditur. Stupore attonitg Cyprian:
sermone de Nativit. Christi expendit, dicens: Verè tu es, DEUS, qui facis mi-
rabilia: non modò mundi hujg staturam admiror, non terræ stabilitatem,
non Solem etc. sed miror omnipotentiam in cunabulis. Hic solg me
complectitur stupor. Valent, valent utiq, tenellæ illæ manq vectes ferreos,
portas æreas abyssi confringere: parvi illi oculi illuminare possunt
cæca: os illud tenerum classicum canere potest, mundoq, dùm nihil di-
cit, bellum indicere: tenerrimi illi monstra horrenda conculcare possunt pedes.
Quis ergo sub hoc Duce pugnam detrectaret? quis abjecta parmula
fugeret? quis animo caderet? Ipsa militiæ coelestis multitudo spiri-
tuum concinnit, augurium offert, optimè vaticinatur. Gloria, canit,
in excelsis DEO, et in terris pax, et hominibg bona voluntas. Non
possum linguæ meæ temperare: quin in vocalissimam exclamationem
tuba scrutura torqueat: ô ducem-puerum potentissimum! ô militia
coelestis Imperatorem-puerum fortissimum! ô Heroem-puerum glorio-
sissimum! ô geminæ Gigantem-puerum substantiæ robustissimum!
non immeritò exclamo, et ad publicam militis commendationem abhinc
transeo: utpote cujg intuitu non minorem etiam militia coelestis, ad lætissimum pæa-
na canendum evacuato q. coelo advolans, laudem meretur.
Est utiq, optimâ miles hic, miles coelestis, (Angelos nomine isthoc singularis
numeri in Numero Plurali Sanctos puto) commendatione dignq. Dignq commen-
datione ê ob naturam et essentiam suam. Pura quippe huic, subtilis, æthera,
nullâ corporis figurâ delineata, nullâ materiæ labe infuscata, nulla corruptionis
pravo est aspersa natura. Vigor militi huic, quem Sanctissimg ille DEUS in
suum et nostrum ministerium, ad ἐπανόρθωσιν suam declarandam, ab in-
cunabulis mundi instituit, expressig ad extremæ pulchritudinis exemplar ê con-
formatg. Decor eidem insignis omnium ê ornamentorum: immortalis eidem,
quam in Conditorem suum voluntatis gravissima ingenuitate refundat, bono-
rum ê affluentia. Summatim ut omnia, q ad essentiam coelestis nostri militis
spectant, comprehendam: miles hic mens qdam coelestis ê purissima; mens ê vi-
vidissima; mens ê lucidissima, imò nihil ê pter animum. Commendandg porrò
coelestis miles ê ob totidem qualitates: quot divitis ostia Nili. Quid? Nonne
militi huic, pter summam sapientiam ac sanctitatem, quam utramq, hîc tem-
poris lucrandi gratiâ indictam et intactam relinquo, incredibilis inhæret
velocitas? Fingite hîc vobis, Auditores, fingite, inqo, navim, per immensa con-
patentis æquoris spatia remis velisq concitatissimè fluentem! Fingite aqui-
lam, Reginam avium, toto illo plumarum remigio instructam, altissimo corporis
nisu, acerrimoq cupiditatis ardore in sidera nitentem! Fingite ê ballistis emissas
telorum grandines, hinc indè celerrimè volitantes! Fingite istas, qâ Poëtis,
Musarum Sacerdotibg, narrantur, fulmineam alas, mirâ velocitate se expan-
dentes. Fingite animæ illam pupillam, mentem puto, fulgure velocig per dis-
junctissima qq loca brevi momento discurrentem! Talia, inqo, et alia, si q
sint, velocissima fingite vobis, Auditores, ipsaq cum velocitate militis nostri
coelestis conferte! Falsg sim: ni testudinem cum Poëtarum Pegaso compara-
veritis. Nonne et juxtim militiæ nræ coelesti inexplicabilis inê subtilitas?

Hierosphaltem audiamus. Audiamus Davidem. Namq;
Egregius Psaltes ac Vatum maximus idem,
Ps. CV. ait: Qui facis Angelos tuos ventos, atq; ministros flammas ig
Igne autem quid subtilius? Subtilissimum Elementum esse ignem, Physicorum
nunt pueri; norunt et id peritiores ignis magistri Chymici: Vulcani Fratres
boli, id norunt. At v. igni subtilissimo longè subtiliores sunt Angeli.
pla si provocare ad ea per temporis angustiam liceat, quàm plurima
bur. Ecce n. ad Apostolorum Coryphaeum, Petrum, super cujus Petram Eccle
suam aedificaturum se promiserat Iesus; Angelus domini per clausas se
sa fores in Actis Apostolorum legitur. Legitur et ibidem: quod Summi
dotes caeteros in vincula conjecerint Apostolos. sed ecce Domini Angelus
fores aperuerat, atq; eduxerat ipsos. Patet omninò hic, patet inexplicabilis
abundè angelorum subtilitas. Nonne porrò coelesti nostro militi imperi
bilis inest perennitas? Inest haec omninò angelis. Angeli n. Spiritus sunt.
Spiritus sunt, sunt et ipsi incorporei. Conditi idem, non ex ipsâ Dei sunt
tiâ: sic n. Dii essent. Neq; tn. ex illa rude atq; indigesta conditi sunt
sic n. corporei essent. Quin potius ex nihilo, virtute omnipotentis Dei,
ni corpore sunt producti. Omne autem incorporeum est incorruptibile,
enne. Adumbrare Angelorum hanc perennitatem haut dubitant pictores.
joris n. amoenitatis gratia hi Angelos pingunt Iuvenes. Pingunt juven
quibus genas pinxit amoenior Hebe. Significare nempe vernante hâc pictura
gelorum perennitatem, angelorum vigorem volunt. Volunt innuere horum
bilem formam. Nonne denique militi huic inenarrabilis inest potestas;
turae id Scripturae dictis patet. Meretur in his vel primum locum: quod
legitur Epithalamio. Sic n. coelestis sponsa. En lectulum Salomonis,
fortes ex fortissimis Israëlis ambiunt. Dicite mihi sultis, Auditores, qui
illi sint? Dicite, quae sit illa custodia excubantium? Respondet vobis Athan
fortes hi sunt Dei angeli, eorundemque excubiae curam et vigilantiam
quâ nobis dormientibus excubant. Quotidiana id rerum Magistra, Experien
non tantùm testatur, sed loquitur iterum pro excubiis his Angelicis
Propheta David. Angelus domini, inquit, castra metatur circa eos, qui timent
nium, et eripit hos periculis. Ut autem pios fortiter Angeli defenderent,
Impios fortiter frangunt. Fortes ac robustos multos legimus homines.
id relatum in Sacris, legimus in profanis idem memoriae proditum hi
Proh immortalem DEUM! quantò pollebat robore Simson? Nonne mille
unâ asini mandibula caedebat? Nonne portas Gazae cardinibus suis extra
et in proximum montem humeris suis asportabat? Quid de fortitudine,
robore Herculis, monstrorum domitoris, dicam? Is certè uno ictu nunc
dram Lernaeam, nunc cervum aeripedem, nunc Leonem stupendae magnitu
nunc Geryonem, nunc Cacum, nunc Antaeum, aliosque Gigantes ac mon
renda prostravisse ac domuisse legitur. Nisi in fabulis esset: de Polyphemo
ingentissimo monstro, monstro horrendo ac informi, cui lumen adem
dicerem. Fingitur n. is sub robustissimo pectore quolibet congressu
Ohe v. quantò fortior, quantò robustior, quantò potentior, coelestis
miles est: tam fortis, tam potens unus est Angelus Domini, ut unâ nocte
Sennacheribi castris ingentem stragem militum dare valuerit.

O inauditam fortitudinem! ô insignem potentiam, potentiâ tn. DEI longè inferiorem! Immensa hæc, hæc infinita existit: quum Angelorum ex adverso potentia sit finita, sit limitata, suis sit circumscripta terminis. Habetis, Auditores, militiam coelestem vel ipsiq militis intuitu commendatam Vobis. Vobis commendanda eadem restat militiæ intuitu hostis. Hostis, hostis sequitur nunc aure memorandq.

AD ARMA, AD ARMA: Martia olim urbs, urbe armis sata, armis nata, armis à pueris data, clamabat, ut cives ac milites arma caperent, quotiescunq in hostem impetq faciendq, eadem conclamare formula haut dubitans. Quod si et Ego, Ego ergq miles, miles in Musarum castris sub Apollonis vexillo militans, jam in seminaria, AD ARMA, AD ARMA. An ā ꝯsentire alluderem? Non puto. Ecce n. tanto inde prodit hostis, vultq et ipse in Orationis hoc decursu dici, ut et ejq intuitu aliqd laudis militiæ coelesti accrescat. Princeps hic ē tenebrarum, juratissimq nominis Christiani hostis ē. Hostis, inquam, non vilioris alicujq sortis aut conditionis, neq et hostis levis ē armaturæ cum quo militia coelesti ē dimicandum. Omninò hæc sibi Principem habet oppositum, Habet sibi oppositum dominum. Principem tenebrarum, Dominum hujq mundi sibi habet oppositum miles coelestis; coelestis sibi hostem armatum, hostem fortem, q atrium suum custodire solet habet oppositum miles. Utut autem hostis hic graviter aliàs culpandq, culpandq, culpandq ob miram, quâ circumvenire solet homines, versutiam; culpandq ob extremam, quâ et ipse circumventos allicit, allectosq miserè affligit, malitiam: nihilo tn. minq cùm potentia sua, quam quidem ~~longissimè~~ longè inferiorem potentiâ militis coelestis habet, tùm principatu ac dominatione suâ, suâ item armaturâ, admodum commendabilem coelestem reddit militiam. Per hanc vos A.V. [illegible] dextrum: ut animis Vobiscum hostis hujq bellicas vires, militare ejqdem robur, panopliam instructissimam, validissimum pariterq et copiosissimum exercitum agitetis. Profectò, si omnia hæc attenderitis, deprehendetis omninò, nos plenè impares sustinendis tanti hostis insultibq ēē: nisi Dux militiæ coelestis, puerulq vagiens natq ac filiolq datq ἀπὸ [illegible] φάτνης nobis adsit, ipse nobiscum in pugnam adversq tantum hostem descensurq. Quum v. et ipsa haud impar hæc militia sit coelestis, eò illustriorem laudis palmam inde sibi abripit ac transcribit. Et quidni par tenebrarum esset Principi ac mundi domino militia coelestis? Habet n. ipsa Præfectum sibi Ducem, puerum nobis natum, et filium nobis datum, ipsum Leonem è tribu Judæ fortissimum habet. Verum sp. habenq: habenq et Ducem ac Imperatorem, q copias suas adversq tenebrarum Principem [illegible] militia eduxerat: Quis obsisteretur nobis? quis adversaretur? Nostis, Auditores, inter Poëtarum figmenta omnium plectris, omnium lyris, omniumq linguis Herculeos decantari ac celebrari labores. Præludia horum in cunis exhibuerant: dum geminos adrepentes exertâ è cunis manu angues prensaverat et utrunq masculô animo contriverat. Pelignum Vatem hâc de re canentem audite. Sic ait ille:

Angues cunarum labor ē superare duarum.

Audite et Senecam, Scriptorem purissimum, eruditissimum, elegantissimum. Is ipse canit:

Gemina cristati caput
Angues ferebant ora: quos contrà obvius
Reptavit infans lumine ac placido intuens,
Et tumida tenera guttura elidens manu,
Prolusit hydræ.

Atq ab his quidem rudimentis exorsum, toti orbi pacem procreasse Herculem, vel ex una isthac Inscriptione, HERCULI PACIFERO, apparet. Apparet videl. Herculem pacificatorem creditum paganis fuisse: utpote q rudimentis his puerilibus tandem orsq videbatur. At v. apage sis pietatie Hercules! facesse ab his Christi-

ni orbis oris miserrimè pacificator! Heic, heic verò jacet Hercules: in cunis
lehemiticis Hercules noster cubat: geminos serpentes, mortem nempe ac diabolum
nerâ suâ manu qui elidat, et reddat pacatum viribus orbem. De hoc puero stylo
ote melleque manante Bernhardus: Adversus hostes dimicat, jam superborum et
mina colla tamquam Dei virtus et sapientia calcans. Vindicarat imperium sibi tene
rum Princeps: occupârat regium thronum: Imperium eripuerat vero ejus Dom
Sed ut vinceret, ut dejiceret superbum hunc Gigantem, pugnare adversus eum
in cunis DEUS voluit. Voluit utique non Saulis Israelitarum Regis arm
seculi vanitatibus, sed humanitate, nuditate, paupertate, et velut alter David
mis pugnare, hostemque suo obtruncare gladio. Miror ego equidem tanti
qui tenebrarum Princeps, qui mundi dominus, ausum. Ohe autem quantò magis
dum est hoc: quod contra audentior in cunis suis cum milite suo iverit
Puer! Ipsum et hostem miror: sed quantò magis est dux ipse et miles militiæ
lestis est mirandus! Maximè omninò miranda tota est militia coelestis. Dux
non alius in ea est, nisi Puer in cunis: miles non alius est in ea, nisi Angeli
turmis: hostis nec heic alius, nisi Princeps cum sociis suis in tenebris. Mira
miramini itaque Auditores tantæ militiæ ducem; miramini tantæ mili
militem: miramini et tantæ militiæ hostem. Mirabilis dux-puer: mirabilis
miles-Angelus: mirabilis hostis-diabolus. Dum autem ut Ducem inprimis miramini
in hoc Orationis calce volo, hortor, insimul seriò ac moneo, ut bellum hunc, bella
cum hunc infantulum, bellicoso hoc tempore in conspectum vobis ponatis,
mosque cunis ejusdem non argenteis, sed vimineis, ad fidem, ad spem, ad charitatem
inflammari sinatis, puerum, qui nobis natus, filium, qui nobis datus, qui natus ac
militiæ coelestis est Dux, fide suscepturi, spe magnâ veneratione, charitate
amplexuri. Ecce enim amabilis hic filius, delectabilis hic puer, in colla nostra ruit
nosque graviter hodiè compellat: Osi in bella hæc ac lites aliquid ex indole
mitissimâ humillimâque susciperetis, pacisci vobiscum, vobiscum in gratiam
redire, æternæque libertati vos conscribere coelestis meus non detrectaret Pater.
Ita coelestis utique militiæ Dux, Dux-Puer, Puer-Imperator, Princeps Pacis, nos
compellat, et omnem gentem Christianam bella componere jubet:

Bella necant homines, faciunt sine honoribus aras,
Urbis et agrorum depopulantur opes.

Contra ea verò pax,

Pax coeleste bonum; sacris altaria flammis
Atque tepescentes suscitat igne focos.
Pax hominum genitrix, pax est custodia rerum:
Pax aperit juris justitiæque forum.
Nulla quies homini, nulla est sine pace voluptas
Nullus amor, nullum relligionis opus.
Pax urbes, pax regna ligat: pax congregat orbem:
Fiat ut ex multis urbibus una domus.

Dixit

Christianus David Funccius
Gorl. Lus.

Natal

ANN

Si mihi con
mihi tam propiti
possem et operâ, q
rum divitias, exem
nec ut spectator
clarissimum Græc
ad amoeniores v
Natalitiam unig
bratur, cum ad ver
m primam ipsius o
opa huic natales
Babylonicâ natas
absolvitur: qua
nibus distinguitur
Originem utiq
qua, multò locup
suppeditat rerum

Cui dedit
Musa log
Græci nominum
qui à locorum
Ecclesiasticam
minis apparition
dedisse crederetur
dorus Siculus, ut
apud Græcos d
somnia mittere,
liæ manifesta m
utilissimus, eloque

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

...it cor illius L allijt ...
...ones sup oleum : et ipsi ...
iacta sup dnm curam tu...
...e enutriet : et non dabit in ...
fluctuacionem iusto T u ... d...
...ces eos : in puteum interitus ...
...i sanguinum et dolosi non dimidi...
...nt dies suos : ego aut sperabo ...
...domine.

...ucrtit dominus captivitatem plebis sue

...iserere mei ds quoniā conculcavit me homo : tota die impugnans tribulavit me
...eritas ...
...onculcaverunt me inimici mei tota...
quoniam multi bellantes ad...
...sum me A b altitudine diei ti...
ego vero in te sperabo I n deo la...
...sermones meos in deo sperav...
...n timebo quid faciat michi ca...
T ota die verba mea execrabant...
...sum me : oms cogitaciōs eo...
...alum I nhabitabunt et abscon...

tempore Nolite sperare
et rapinas nolite concupiscere
re si affluant nolite cor ap-
Semel locutus est deus hec au-
quia potestas dei est et tibi do-
misericordia : quia tu reddis uni-
que iuxta opera sua · ps david
Deus deus meus : ad te de lu-
ce vigilo Sitivit in te anima
mea : quam multipliciter tibi
caro mea In terra deserta et in-
via et aquosa sic in sancto apparui
tibi : ut viderem virtutem tuam
et gloriam tuam Quoniam melior
misericordia tua super vitas : la-
bia mea laudabunt te Sic benedicam
te in vita mea : et in nomine tuo
levabo manus meas Sicut adipe
et pinguedine repleatur ani-
ma mea : et labiis exultationis lau-
dabit os meum Si memor fui tui
super stratum meum in matutinis
meditabor in te : quia fuisti adiutor
meus Et in velamento ala-

...it cor illius Molliti ...
...rmones eius sup oleum: et ipsi s...
...iacta sup dominum curam tua...
...te enutriet: et non dabit in...
...fluctuacionem iusto Tu vero de...
...duces eos: in puteum interitus...
...i sanguinum et dolosi non dimidia...
...unt dies suos: ego autem sperabo i...
...ne.

...dimit dominus captivitatem plebis sue

Miserere mei ds quoniā concul... cavit me homo:

...Euouae

...tota die impugnans tribulavit me
conculcaverunt me inimici mei to...
quoniam multi bellantes ad...
...me Ab altitudine diei tim...
ego vero in te sperabo In deo la...
sermones meos in deo speravi...
non timebo quid faciat michi ca...
Tota die verba mea execrabantur
adversum me: omnes cogitationes eo...
in malum Inhabitabunt et abscon...

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
Stadt Görlitz
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

AUGUSTI
GYMNASII
GORLICENSIS

PALÆSTRA

ORATORIO-POETICO-SCE-
NICA,
h. e.

EXERCITIA
ORATORIA, POETICA, SCENICA,
publicè,
aut in Perorantium Cathedra, aut in
Theatro Scenico,
A
Florentissima Juventute Scholastica
Gymnasii Gorlicensis,
intra
Doctrinæ instauratæ ac publicatæ
DECENNIUM ULTIMUM,
AUDITORIBUS ac SPECTATORibus
ERUDITIS,
PRÆSIDE
M. CHRISTIANO FUNCCIO,
RECTORE GORLIC.
pleraq; ἀπὸ στόματος, h. e. è prompta
memoria, exhibita.

TOMUS IV.

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

ORATIONUM ORATORIO-POETICARUM ELENCHUS

I. Actus Declamatorius geminus Anacreontico-Sa[illegible] [illegible] VIII. [illegible]

II. Parentalia Provinciali Capitaneo CHRISTOPHORO Pi[illegible] CEDUALSKO ab [illegible] sacra.

III. HILARIA Novi Honoris Novelli Capitanei Provincialis JOANNI CHRISTI[illegible] [illegible]

I. Oratio Natalitia de mira [illegible] Nativitate [illegible] [illegible]

II. Oratio e Nativitate Christi [illegible] [illegible] exhortatoria.

III. Oratio de [illegible] Coelestis Encomii [illegible] [illegible]

IV. De Natalitia [illegible] Dei [illegible] [illegible] Dei Epiphania Oratio.

V. Oratio oblatoria [illegible] [illegible] puer nobis, [illegible] no[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] affectus.

VI. Oratio Natalitia et de Incarnati Verbi Mysterio per modum Inscriptionis scripta.

VII. [illegible] Verbalis de Eodem Mysterio per [illegible] Teuton[illegible] scripta [illegible] Aphorismis [illegible] [illegible]

VIII. [illegible] [illegible] [illegible]

IX. [illegible] [illegible]

X. [illegible] [illegible] Jesu Christi.

XI. Perpetuum Rei peractae
Monumentum, Posteritati,
ſi qua futura, ſera, juſſu
& auctoritate Ampliſſi-
mi Ordinis, poſitum.

Violas inspergite:
ut P. Viri devotenus Decorem!
et Clarium. Vos Lusati. Marmor ferte!
Ferte Marmor:
tanti Herois Tumulo quod imponatur.
Argenteum ferte Stylum:
Et in ipso Titulum hunc inscribite:

ANIMATA. FORMA. DECUS. PRUDENTIA.
GRATIA. VIRTUS.
CAUSA. SUB. HOC. TEXUI. MAR-
MORE. CUNCTA. JA-
CENT.
Vivet!

C. Mich. Schramm[illegible]
Behrdorff. Lus.!

[illegible] in allen Dingen: so wird er alles Todt überwinden, und
nicht einen Tod vermittelst des wahren Glaubens in den Him-
dringen.
Zeigeten sich zum Beschluß nachfolgende Reime auf die
[illegible] der Erl. Jungfer Heldin.

Hier liegt ein Helden-Bild mit dürrer Erd umb-
geben:
Die fromm, demüthig, keusch in ihrem gantzen
Leben
Sich stets erwiesen hatt: geh, Leser, du
sterben:
Ich glaube: daß die recht Held-reich
gewesen sey.

710

…lichen und billichen Urtheil zu belegen.
…ir sind erböthig sothane hohe Gunst und Freund-
…st Standesgebühr nach bey ergebener Gelegen-
… mit Abstattung schuldigster Observanz und ge-
…render Ehrbezeigung zu erwiedern und zu
…schulden. Da wir im übrigen solange wir
…war in dieser Sterblichkeit seyn, verblei-
…ben

Dero

Gehorsamste

Diener,

Joh. Christoph Vollstätter,
Schoenitzio-Lusat.

854.

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski